



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

Humanæ salutis Monumenta, & Odæ variæ

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

In tabulam adorationis Magorum. Ode Tricolos Tetrastrophos. XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44973

MONUMENTA.

Sed tu de patriis sedibus omnium
Spectator fueras, quos patitur genus
Nostrum sidera subter
Aerumnæ miseros modos.

Ergo sponte venis præscius, & cupis
Riuos purpurei fundere sanguinis,
Non ut ciuib[us] æthræ
Nomen connumeres tuum,
(Nam tu p[er]petui regna tenes Dei:
At ut propositis legibus audiens,
Senii munere functus
Adscribas homines polo.

Fies perpetuis ex humili loco
(Quem tu sponte subis) laudibus altior
Calo; terraque nomen
Infernusque tremet tuum..

CHARITAS NIHIL RECVANS.

Quæ tu hominum puro sancturas feedera cordi es,
Hæc in carne tua commemoranda subis.

PRINCIPI SVMM. PRO REIP.
LIBERTATE SERVIENTI S.

In tabulam adorationis Magorum.

Ode Tricolas Tetraphos. XL.

VT Pisgæ in altis ætherei iugis,
Selmonis aut de culmine candidi
Surgentis auroræ salibris
Conspicitur prior viisque fulgor;
At quisquis errat vallibus infimis,
Caliginosis nubibus obsitus,
Hic nocte in atra nescit amens
Purpurei radios diei:
Sic dam Tyrannum cum populo leni
Exercet amentem ambitio impia,
Præsentis aduentum salutis
Non Solyme male cæca fentit.
Sed qui remotos Perfidos incolit
Parthosque tractus, hic alienior
Splendoris exortum sceni
Prospicit, & veniens adorat.

D

Offensus

S. H U M A N A E S A L V T I S.

Ostensus astri lxtior aurei

Non alte fulgens stellifero in polo.

Conspctus iguis, innouandi

Auspicio referebat orbis.

Ergo peractis iam spatiis vir,

Contingit hospes moenia nuntius,

Qui dicat aduenisse regem,

Gentibus & populis colendum.

Quem mox repertum lxtior & Magus

Miratus, vltra quam soleat puer.

Mortalis, ostendisse sanctum

Vultum oculis animoque cernit.

Hinc prouoluto pectore & oscula

Infantis addens tum pedibus noui,

Testatus aduenisse numen,

Munere ter gemino salutat.

G E N T I V M L V X.

Quæ colit agnoscitque Deum, sapientia vera est.

Quem latet hoc, rudis est, quamlibet alta sciat.

D E O I M M O R T . H O M I N I V E R O
R E G I L I B E R A T O R I S.

In tabulam Iosephi in Aegyptum commigrantis.

Ode Diulos Distrophos. X L I.

D Ic mihi quò tenellam
Virginem (nam virginem conspicio decorem).

Frigore saeiente,

Hospes incessu fugiens sic properante ducis?

Quod pueri decori

Nomen est? cur surripis hunc æthereo parenti?

Namque tuum puellum

Esse mortali genere progenitum refutant

Digna Deo tonante

Ora, maiestasque oculis in teneris renidens.

Quam nemus & silentes

Vocis almæ vim venerantur, capiuntque siluæ,

Attonitumque flumen

Sistit yndas præcipites blandisono susurro.

Vera